



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De episcopo Hierosolymitano honorando, saluo honore metropolitani  
Caesariensis, cui est subiectus. Capvt X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

*De ambiente episcopatum, nolente eum episcopum populo; vel volente quidem, sed sine voluntate archiepiscopi.*

## CAPVT IX.

Nic. Græc.  
6.

Si quis, populo nolente & sine voluntate archiepiscopi, atque iniussu eius ambierit episcopatum, repellendus est. Quod si populus diœcesis voluerit eum sine archiepiscopi voluntate, non est admitendus; quia solius archiepiscopi est hæc potestas; & qui contradixerit, est excommunicatus. & iste episcopus priuandus est. Sin autem electioni communi omnium episcoporum cum archiepiscopo, aut patriarcha recta ratione & secundum Canonem ecclesiasticum factæ, duo aut tres ex populo precibus, vel studio contendendi contradixerint, maiorem partem populi, si voluerint, sequentur.

*De episcopo Hierosolymitano honorando, saluo honore metropolitani Casariensis, cui est subiectus.*

## CAPVT X.

Nic. Græc.  
7. Hier. to.  
2. epil. ad  
Pamachiũ  
contra er-  
rores Ioan-  
nis Hiero-  
sol. & Nic.  
in resp. ad  
con. Bulg.  
c. 92. memi-  
nerunt de  
Hierosoly-  
mitano sub-  
iecto Casari-  
ensi.

Quia est consuetudo honorandi episcopum *Æliæ* nomine patriarchæ, cum est dignus honore, propter sanctitatem loci, & propter probitatem eius: præsit illi prouinciæ, & locis ei vicinis, reddatque archiepiscopo eius loci debitum honorem; & vocetur ille exarchus, id est, maior quam archiepiscopus.

*De iis qui irrepserunt in ordinem presbyterorum sine electione & examinatione.*

## CAPVT XI.

Can. Nic.  
Græc. to.  
epitome  
huius c. 3.

Si fuerint aliqui presbyteri sine probatione & electione, & sine examine vitæ & morum; & examinati